

Christian Ehrenfried Eschenbach

**Memoriam Matronae ... Cathar. Margar. Eibelürs, Viri ... Domini Ehrenfried Christiani Eschenbach, Mercatoris Qvondam Apvd Rostochienses Celebris ... Relictae Vidvae, Matris Perdilectae, Pvblico Hoc Programmate Fvnerali, Dominis Favoribvs Atqve Amicis Singvlis : [P. P. Rostochii, Svb Sigillo Rectoratvs, D IX. Decemb. MDDCLXII.]**

Rostochii: Adler, [1742]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749394188>

Druck Freier  Zugang




Eschenbach, Chr. E.,  
in  
C. M. Eibelvrs,  
uxor. E. Chr. Eschenbach.


Rost. 1762.

12.
















MEMORIAM  
MATRONAE, VIRTUTIBVS  
ORNATISSIMAE,  
CATHAR. MARGAR.  
EIBELVRS,  
VIRI HONORATISSIMI,  
DOMINI  
EHRENFRIED CHRISTIANI  
ESCHENBACH,

MERCATORIS QVONDAM APVD ROSTOCHIENSES CELEBRIS,  
COLLEGGIIQVE INSTITORVM SENIORIS,  
RELICTAE VIDVAE,  
MATRIS PERDILECTAE,  
PVBLICO HOC PROGRAMMATE  
FVNERALI,  
DOMINIS FAVORIBVS ATQVE  
AMICIS SINGVLIS

COMMENDAT

CHRISTIANVS EHRENFRIED  
ESCHENBACH,

PHIL. AC MED. D. HVIVSQVE P. P. O. ET VRBIS POLIATER,  
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS  
HODIE RECTOR.

---

ROSTOCHII,  
LITTERIS ADLERIANIS.



MATRONAE, VIRIVITIVS  
ORNATISSIMAE  
CATHAR. MARGAR.  
FIBELVRS.  
VIRI HONORATISSIMI  
DOMINI  
CHRISTIANI  
ESCHENBACH.  
RECTORIS  
MAGISTRORUM  
COLLEGIIVS  
RECTORIS  
MAGISTRORUM  
COLLEGIIVS  
DOMINIS FAVORIBVS ATQVE  
AMICIS SINGVLIS  
CHRISTIANVS EHRNFRIED  
ESCHENBACH.  
ACADEMIAE ROSTOCKENSIS  
HOIE RECTOR



ROSTOCKI  
LITTERIS ACADEMICIS





**C**ompluribus equidem labor iste fatis  
 forsan videtur superfluous, qui in  
 describendis, publiceque exponen-  
 dis, defuncti cujuslibet reipubli-  
 cae membri, familia, vita, actis,  
 impenditur; si idem, dum spiri-  
 tum trahit, neque ad partes summas tenentes, neque  
 ad eruditos majoris dignitatis, neque ad artifices pri-  
 marios fuerit referendum, aut alia orbi non inclarue-  
 rit ratione. Attamen et negari nequit, dari etiam,  
 quibus lectu jucunda, quibus scitu aliquando utilis, est  
 memoria conterranei, scripto quodam ab oblivione vin-  
 dicata;





dicata ; maxime si notabilior quaevis circumstantia, qualis et familiarum ortus atque interitus est, accedat. Vnde et ab omni aevo, quo Academia nostra perantiqua floruit, frequens apud nos obtinuit consuetudo, utriusque sexus personarum, inter cives patrios, tam academicos, quam urbicos, aliquo modo praeclarium, memoriam Programmatae quodam funebri proferre posteris.

Ejusmodi scripta antequam, saeculo imprimis praesenti, ampliori sermone prolata, et forma majori, ea nimirum, quae *folii* nomen gerit, impressa apparuerunt : forma, *quarta* dicta, ac breviori arte, olim in lucem edi consuevissent, tot docent superstitione adhaerentium hujus generis Programmata : quorumque amplum exhibet Catalogum liber, sub titulo : *Etwas von gelehrten Rostockschen Sachen, für gute Freunde*, memorabilia patriae varia enarrans : cujus scilicet Tomus VII. mox ab initio aliquot centenorum talium scriptorum titulos sistit contractos.

Haec inter etiam reperiuntur pag. 26. quae huc spectant prae ceteris, exemplo suo praesenti specimini haud parvam subministrantia occasionem ; quaeque ambo Illustribus Programmatum illorum Dni Collectoris atque Catalogi praememorati Autoris, Fautoris atque Amici Colendissimi, liberalitate ego in originali possideo : *Progr.* ad Exequias funebres Viri, *Johannis Eibelirsens*, Civis ac Aromatarii - - - propositum, *Rect. Acad. Rost. D. Joh. Bacmeistero*, Med. et Sup. Math. Prof. P. d. 28. Jul. 1671. ; nec non *Progr.* quo Rector Universitatis, Rostoch, *Hermannus Becker*,  
Phil,





Phil. Mag. Math. Infer. Prof. P. Templi item Cathedralis Pastor, ad Exequias invitat, quas uxori *Annae Eibelürsiae* Vir Rever. M. Hinr. Carmonius, Templi Iacobaei Archidiaconus, parat. d. 28. Ian. 1679.

Cum igitur mihi, jam Academiam gubernanti, tristis contigerit occasio, quae simul e rarissimis est, Matri, Familiae, quam praeclaudatus *Ioh. Eibelürs* suo e peregrina provincia adventu Rostochii plantavit, nomen, beata sua morte, in patria, post seculi, et quod excurrit, durationem finienti, praesenti commentatiuncula parentare publice: ad antea commemoratorum Programmatum exemplar, ea, quae de gente Eibelürsiana, quamdiu heic loci floruit, annotanda restant, brevibus ac absque omni sermone elegantia praefationeque ulteriori proferam; num forte quempiam, talia nosse, aut juvaverit olim, aut delectaverit.

Primus Eibelürsianae stirpis in urbe Rostochiensis conditor *Iohannes Eibelürs*, in Ducatu Bremensi, patre *Eibe Eibelürsen*, matreque *Teta Krusen*, 1610. natus, primo Hamburgum, et post singulare infortunium Hamburgensi hero obtingens, Rostochium profectus: hoc ultimo loco 1641. Februario mense uxorem duxit *Elisabetham Höpners*, *Petri Höpner* ex *Ilisabe Bolten* filiam, 1624. natam. Vitam cum morte permutans 1671. reliquit filium, *Petrum*, tresque filias, *Ilisaben Margaretham*, *Annam* et *Tetam*, ceu infantum ipsi genitorum, quintum, sextam, septimam, et octavam, quae singula, paucis exceptis, Programma jamjam ad ductum *Bacmeisterianum* quoque habet.





Ex his omnibus *Ilfabe Margaretha*, mercatori *Henrico Beye*, nupta, quinque genuit liberos, filias nimirum tres, *Ilfaben Margaretham*; *Catharinam*, una cum matre 1699. febre epidemica maligna extinctam; et *Elisabetham*, omnium infantum natu minimam: atque filios duos, qui adultiores facti, alter mercaturae, alter, *Wilhelmus* dictus, chirurgicae arti vacans, peregre abierunt; nec ab eo tempore, ubicunque locorum manserint, ulli constat. Filiarum natu majorem, eodem cum matre praenomine insignitam, matrimonio sibi junxit mercator ac oenopola Rostochiensis *Stiegmann*; ejus tamen ex hac uxore posteritas nulla amplius superest.

*Annae* vitam mortemque *Beckerianum*, antea commemoratum, Programma loquitur. E vivis discedens marito suo reliquit filiam *Annam Ilfaben*, quae tamen matrem haud ita diu post ad coelites secuta est; et filium *Jacobum Carmon*. Hujus ultimi, tandem Iurium in Alma nostra Professoris Celeb. et Consistorii Directoris Gravissimi, vitae curriculum familiamque exhibet Programma, in ipsius memoriam a Collega speciali B. Dno *Heringio* 1743. conscriptum.

*Tetam* matrimonio sibi associavit Rever. Vir *Bernhardus Möller*, Diaconus Marianus, ex hac conjugae sua decem exosculans filios tresque filias; quorum plurimi aetate juniore decesserunt de vita: filiarum quaedam adultior, *Anna Ilfabe*, una cum patre et matre 1699. praedicta febre epidemica, tot incolis Rostochiensibus tum temporis funesta, vivere desit, eadem cum parentibus funebri processione publica  
terrae





terrae mandata, tribus e tota familia relictis fratribus, Iohanne Bernardo, Iusto Francisco, et Friderico Christlieb. Prior, magni fortisque animi vir, absoluto, in Academia praesertim patria, Iurium studio, Caroli XII. Suecorum herois, castra secutus est: variis praeliis Pultavaeque obsidioni, ceu cohortis equestris, centum et quinquaginta equites explentis, Centurio interfuit; speciali protectione divina, sanus ubique et salvus permanens. Deinde captivus in Siberiam, una cum reliquo exercitu Suecico, deductus; provinciam hanc, Archiepiscopi Ruthenici favore potitus, ejusque indultu itineris, ab eodem suscepti, comes, longe lateque permigravit, varia notatu digna colligens, durante duodecim annorum, ibidem completorum decursu; atque occasione ista *Tractatum de Ostiakis*, populo prope Polum Arcticum degente, composuit; qui deinde, autore inscio, neque ultimas adjiciente curas, additus est libro, *das veränderte Rußland* intitulato, et Francofurti, impensis Försteri, 1721. 4. edito, ubi pag. 169. invenitur. Studiosus adhuc, *Vitam Cardinalis Portocarreri*, germanico idiomate exaravit, forma 8. impressam. Tandem, post pacem septentrionali Europae restitutam, Petriburgi domicilium sibi constituit, deserens conditionem militarem, ipsique oblatos in eadem honores a Rufforum Imperatore Petro I. iterata vice recusans, ibidem vixit, primo Assessor Collegii Iustitiae, postea Aerarii Imperialis, quod *Renterey* vocatur, Praefectus Primarius, atque sic 1738. mense Junio in vivis esse desiit, relinquens absque liberis viduam, ipsam quoque haud ita diu post Petropoli extinctam; quam nobili quodam genere in Churlandia natam, brevi ante captivitatem dictam, matrimonio sibi junxerat, quae-





que ipsi, durante domicilio in Siberia, necessarium subministraverat sustentatum, sic, ut aliorum adhuc captivitatis sociorum sublevare inopiam potuerit. *Iustus Franciscus*, Theologiae studiosus, et patri, dum hic viveret, prae reliquis carus, in Academia lenensi, studia incepta continuans, vitam cum morte mutavit 1705. *Fridericus Christlieb*, fratrum natu minor, quem parentes, mortalitati erepti, quinquennem circiter reliquerant; jurium quoque scientia imbutus, post varia itinera, tandem Rigam se contulit, ibidemque, Advocatus celebris, thori sociam sibi elegit *Dorotheam Virgin*, Consulis Pernaviensis *Virginii* filiam. Atque loco isto adhucdum Mülleriana haec prosapia floret: ipse autem *Fridericus Christlieb* 1742. subita morte defunctus est.

*Petrus*, liberorum superstitem *Iohannis Eibelürs*, dum hic ad coelites abiret, natu major, eidem cum patre mercaturae generi in patria domo studens, luce frui incepit circa finem anni 1645. Vxorem 1676 duxit *Annam Krüken*, navarchi, *Danielis Hagen*, relictam viduam; prope Hamburgum, patre, officinae ad panni levio-rem speciem parandam adaptatae domino, orta: et 1724. anno aetatis 72. vita defunctam: ex qua suscepit *Iohannem*; *Ilisaben Margaretham*, 1681. natam, et 1699. febre maligna, jamjam commemorata, demortuam; *Petrum* 1683. vitae lumen adeuntem, eodem tamen ultra sesquiannum haud gavisum; ac denique *Catharinam Margaretham*. Vivere desiit 1710. d. 2. Apr.

*Iohannes*, Petri Eibelürs filius, 1677. natus, mercaturae rudimenta Hamburgi posuit; deinde aliquot annos





annos Venetiis consumsit; tandemque Hollandiam petiit, ubi vixit mercator, primo Harlemonensis, deinde Amstelodamensis. In matrimonio habuit *Annam Ymar*, Praefecti navis cujusdam, advehendis Indiae Orientali mercibus inservientis, filiam; ex quo conjugio, variis locupletato liberis, singulis tamen in flore aetatis ad plures iterum abeuntibus, unica adhucdum filia, *Anna*, superest, Amstelodami in coelibatu degens. Post brevem expertam corporis valetitudinem adversam, 1749. animam efflavit.

*Catharina Margaretha*, cui praesens labor primario est dicatus, lucem Rostochii aspexit 1685. d. 1. Maj. Omni cura educata, et artes edocta oeconomicas, sexum muliebrem decentes, 1711. nupsit *Ehrenfried Christiano Eschenbach*, patri meo post fata colendo: qui ipse, 1677. d. 14. Jul. Vinariae, quam civitatem parens illius Consul regebat, e familia Eschenbachiana, ante secula aliquot in Helvetia Austriaque celebri, nunc in Franconia potissimum ac superiori Saxonia florente, ortus; Naumburgi artem didicerat pharmaceuticam; deinde Rostochii domicilium figens, et in Eibelürsiana domo, soceri negotia mercatoria continuans amplificansque, ac viri ingenui famam promeritus, 1741. d. 30. Octobr. diuturniori morbo confectus obiit. Originem e matrimonio hocce traxerunt, praeter me *Christianum Ehrenfried*, 1712. d. 20. Octobr. natum, *Petrus Christianus*, *Anna Christiana*, *Iohannes Christianus*, et *Gottlieb Christianus*. Atque ex iis *Petrus Christianus*, vir ingeniosus, nec scientiarum eruditarum plane rudis, d. 2. Jul. 1714. mundum intrans, mercaturae notitiam sibi comparavit Hamburgi; deinde Venetiis, *Luckeri*, mercatoris pri-





marii et Potentissimi Daniae Regis Consulis, ejusque  
 Successoris, *Habisreitteri*, pariter ac ille, Augustae  
 Vindelicorum nati, negotia gerens mercatoria, in eadem  
 degit domo annos duodecim, in qua simili olim officio  
 perfunctus fuerat avunculus illius *Iohannes Eibeliurs*,  
 antea jam annotatus: tandem magnam Italiae, Ger-  
 maniae, Livoniae, Ingriae, Sueciae Daniaeque partem  
 itinere permensus, et patrios salutans lares, Amstelo-  
 damum sese contulit: ibidemque mercator haud ignotus,  
 idque pro parte propter variarum linguarum Occiden-  
 talium scientiam successive acquisitam, vixit, ast non  
 ultra biennium, quo tempore sat brevi peracto 1755.  
 d. 28. Sept. febr. correptus acuta, Deo animam reddidit.  
*Anna Christiana*, d. 3. Febr. 1717. hanc lucem aspi-  
 ciens, felici in matrimonio adhucdum vivit Bützovii,  
 Viro singulari eruditione famigeratissimo, Domino An-  
 gelio Ioanni Danieli Aepino, Philosophiae Prof. Cel-  
 nupta. *Iohannis Christiani*, mortale lumen aduentis  
 d. 10. Mart. 1719., primo Theologiae Studiosi, tan-  
 dem Iurium Doctoris, et in Academia patria Philo-  
 sophiae Professoris Ducalis, ac 1759. d. 16. Mart.  
 denati, vitam scriptaque narrant Annales Liter. Rost.  
 anni 1759. pag. 140. sqq. et 1762. pag. 41. sqq. *Gott-  
 lieb Christian*, spiritum trahere inchoans 1720. d.  
 27. Iun. et mercaturae primordia Rostochii edoctus,  
 Petriburgi, quae Russiae est Metropolis, octodecim  
 consumpsit annos, mercator inclytus. Deinde 1759.  
 circa autumnus initium in patriam reversus, et 1761.  
 d. 4. Novemb. thori sociam sibi eligens Virginem lectis-  
 simam, *Sophiam Dorotheam*, Senatoris apud nos Gravif-  
 simi, *Henrici Hoppe*, filiam natu majorem, negotiis  
 vacat mercatoriis, per maria, tam vicina, quam remo-  
 tiora, discurrentibus, De





De Matre ipsa, cum in illius laudes evagari modestia vetet, haec adhuc addam, quae corporis temperamentum, sanitatem, mortisque occasionem concernunt. Strictiori corporis habitu, ac fibrarum robore gaudens illa, et inde a prima aetate paucis obnoxia morbis, 1699, saepius jam annotatam febrem epidemicam, sorori funestam, superavit feliciter. Praeter leviora quaedam incommoda perpessa, usque ad annum 1760. vixit, incolumis. Tunc vero febris acuta, tantum non lethalis, subito eandem aggrediebatur, qua remedium appropriatorum et naturae adiumento vix superata, pedem sinistrum gangraena corripiebat e causa interna. Huic quoque, dimidiam lateralem externam Tibiam, et dorsum pedis ad digitos usque depascenti, media opponerentur idonea; quibus, non obstante Tendinum majorum jactura, ulcus adeo amplum consolidationem admittebat, solo resistente, circa articulationem Tibiae cum astragalo, foramine, pisum vix admittente, ast propter subiecti ossis cariem, medelam plenariam recusante, nec non per vices, accedente causa occasionali, ambitu aucto: Pedum quoque usus, ambulando et scalas adscendendo necessarius, redibat satis. Tandem hoc anno d. 25. Novemb. cum, praecedente adhuc die, filiulae meae, simili, quo ipsa, morbo demortuae, vestis funerae indutui praesens adstitisset, feбри corripiebatur inflammatoria, primo leniori, mox vero gravissimis stipata symptomatibus, qua d. 30. ejusdem mensis placide obdormivit; mortem sensim appropinquantem, mentis, singulis iis, quibus sacra religio Lutherana abundat, mediis suffultae, constantia recipiens maxima. Pro more moderno, absque omni pompa funerali, vespere sero tacenteque, corpus ipsius exanime ad tumulum





lum paternum hodie deferetur. Vnde et alterum Programmatis funeralis punctum consuetum nunc deficit, quo scil. cives academici, ad concelebrandas suo comitatu exequias, invitari solebant.

Atque hic fuit Eibelürsiani nominis in patria nostra terminus: quod ipsum, a multis retro annis, per Germaniam hinc inde dispersum, et aliquando celebrioribus familiare hominibus, Osnabrügae inque ejus vicinia, tam inter literatos, quam non literatos, adhucdum auditur. Utinam et, quemadmodum hactenus, sic etiam in secula usque secula cum laude personet!




P. P. ROSTOCHII,  
SVB SIGILLO RECTORATVS,  
D IX, DECEMB. MDCLXII.





















De Matre ipsa, cum in illius  
destia vetet, haec adhuc addam,  
peramentum, sanitatem, mortisque  
nunt. Strictiori corporis habitu,  
gaudens illa, et inde a prima aet  
morbis, 1699, saepius jam annot  
micam, forori funestam, superavit  
leviora quaedam incommoda perpe  
1760. vixit, incolumis. Tunc ver  
tum non lethalis, subito eandem a  
remediorum appropriatorum et nat  
superata, pedem sinistrum gangraen  
interna. Huic quoque, dimidiam  
Tibiam, et dorsum pedis ad digitos us  
dia opponebantur idonea; quibus, non  
majorum jactura, ulcus adeo amplu  
admittebat, solo restitante, circa art  
cum astragalo, foramine, pisum v  
propter subiecti ossis cariem, med  
cusante, nec non per vices, accedent  
ambitu aucto: Pedum quoque usus,  
adscendendo necessarius, redibat fa  
anno d. 25. Novemb. cum, praeced  
liolae meae, simili, quo ipsa, morbo  
funerae indutui praesens adstitisset,  
inflammatoria, primo leniori, mox  
pata symptomatibus, qua d. 30. e  
cide obdormivit; mortem sensim  
mentis, singulis iis, quibus sacra rel  
undat, mediis suffultae, constantia  
Pro more moderno, absque omni p  
spere sero tacenteque, corpus ipsius

I I  
gari mo-  
ris tem-  
concer-  
robore  
obnoxia  
epide-  
Praeter  
annum  
ta, tan-  
ur, qua  
ento vix  
t e causa  
xternam  
enti, me-  
ndinum  
ationem  
n Tibiae  
nte, ast  
iam re-  
asionalis,  
et scalas  
dem hoc  
die, fi-  
e, vestis  
piebatur  
imis sti-  
nfis pla-  
uantem,  
rana ab-  
maxima,  
rali, ve-  
tumulu-  
lum

